etheream thalamum in quo rex regum stella
to sedet solio. a In odorem. Psalmus.
Deus deus meus ad te de luce vi
gilo Sitivit in te anima mea quam
multipliciter tibi caro mea In terra
deserta invia et inaquosa sic in sancto appa
rui tibi ut viderem virtutem tuam et gloriam
tuam Quoniam melior est misericordia tua super
vitas labia mea laudabunt te Sic bene
dicam te in vita mea et in nomine tuo levabo
manus meas Sicut adipe et pingue
dine repleatur anima mea et labiis exulta
tionis laudabit os meum Si memor
fui tui super stratum meum in matutinis
meditabor in te quia fuisti adiutor meus
Et in velamento alarum tuarum exulta
bo adhesit anima mea post te me suscepit dex
tera tua Ipsi vero in vanum quesierunt
animam meam introibunt in inferiora terre
tradentur in manus gladii partes vul
pium erunt Rex vero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iurant in eo quia
obstructum est os loquentium iniqua Ps.
Deus misereatur nostri et benedicat
nobis illuminet vultum suum super
nos et misereatur nostri Ut cognoscamus
in terra viam tuam in omnibus gentibus
salutare tuum Confiteantur tibi popli